

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Elogiorvm Titvli, quibus in funere Generosissimi Et Perqvam Strenvi Domini, Domini Innocentii Sigfridi A Lüttichau ...**

**Lüttichau, Innozenz Siegfried**

**Argentoratum, 1676**

[urn:nbn:de:bsz:31-135496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-135496)





ELOGIORVM TITVLI,

*quibus in funere*

GENEROSISSIMI ET PERQVAM  
STRENUI DOMINI,

DOMINI

INNOCENTII

SIGFRIDI A LÜTTICHAU,

Hæreditarii in ZSCHORN ET BASLIZ &c.

*Potentissimi*

SAXONIÆ ELECTORIS  
CAMERARII,

Dum hâc præsentî Imperii Germanici Expeditione  
bellica, castra Serenissimi Electoratus  
HÆREDIS sequitur,

*dirâ luc, sed beatâ morte, extincti,*

Tumulum

*Argentoratensis Universitatis Patres  
Civesque*

exornare ex merito studuerunt:

*hoc supremo honoris officio  
cum luctu defungentes.*

ARGENTORATI,

---

*Literis JOHANN- FRIDERICI SPOOR,*  
ANNO M DC LXXVI.

25

ELOGIORVM TITVLVS

GENEROSSIMI ET HERONIAM  
STRENUA DOMINA

DOMINI

INNOCENTII

SIGERIDI A LUTTICHAL

Hereditum in ESCHORN ET BASIL. &c.

Pontificatus

SAXONIAE ELECTORIS

CAMERARII

Domini Imperatoris Germanici Expeditione

belli, cuius hereditum hereditum

HEREDIS hereditum

quod in sed hereditum hereditum

hereditum

Argentorati: Universitatis Patris

Civitate

hereditum ex hereditum hereditum

hereditum hereditum hereditum

hereditum hereditum

ARGENTORATI

Immo JOHANN. FRIDERICI SPOR.

ANNO MDCLXXII

*AD*  
 TUMULUM  
 VIRI GENEROSI, NOBILISSIMI  
 ET PER QVAM STRECVI  
 DOMINI  
 INNOCENTII SIGEFRIDI  
 à LÜTTICHAU,  
 DYNASTÆ IN ZSCHORN ET BASLIZ, &c.  
 SERENISSIMI  
 SAXONIÆ ELECTORIS  
 CAMERARII,  
 ARGENTORATI DEFUNCTI,  
 D. XIX. NOVEMBR.  
 A. O. R.  
 1776 LXXVI.



Uti titulos, atque hoc proscriptum marmore cernis  
 Nobile Germanâ nomen in historiâ;  
 SAXONICÆ ornamentum Aulæ, spem stirpis avitæ  
 Splendorem antiqvx reliqviasque domus,  
 Effigiem magni meritis famâque Parentis  
 Eximium in patriâ Nobilitate decus,  
 Hoc periisse gemas in funere: vel tumulo isto  
 Longævâ potius vivere laude scias:  
 Si, vel qui docti Lustrator sedulus Orbis  
 Præcipuis famam Gentibus inseruit;  
 Vel quem victuris illustri munere fastis  
 Inscrisit CELSI PRINCIPIS æstimium;  
 A vivente potest vitam sperare sepulcro,  
 Aut mortem & tenebras à moriente pati:  
 Nostra quidem certè qvo usque Academia vivet,  
 Tam rari vivent Hospitis elogia.

*Beatis manibus*

H. M. P.

Ulricus Obrechtus, Histor. Prof.  
 Acad. Argentor. h. t. RECTOR.

A 2

In

In præmaturum Obiitum

*Generosissimi*

DN. INNOCENTII SIGFRIDII à LÜTTICHAU, &c.  
Camerarii quondam & Consilarii Electoralis Saxonici,  
piè vita defuncti:

**E** Lectoralis DRESDÆ Camerarius olim,  
atque à Consiliis PRINCIPIS unus erat  
LÜTTICHIVS, qui febre cutim maculante perustus  
Argentorati busta suprema subit,  
Et subit in sacra, quæ THOMÆ dicitur, ede,  
in qua sicca (precor) molliter ossa cubent,  
donec ius absens reddatur Spiritus, ille  
in cælum nuper morte levante redux.

Officium supremum & Votum

Balthasaris Bebelij, S. Theol. D.  
& P. P.

---

**N**obilitatis amor, LÜTTICHAU, mortuus! Omnes  
quem præmaturè decubuisse dolent:  
Non miror; miror, quod quisquam vivere possit,  
talia securus funera mœsta videns.

*scribeb. observ. simul & condol.*  
ergò

Johannes Rebhan, D. Com. P. Cæs. Capit.  
Colleg. ad D. Thomæ Præpositus, Facult. Jurid.  
h. t. Decanus, Senior, Cod. & Feud. Prof. Ord.

---

**Q**uam dubia subnixâ fide mortalia fallant,  
Et quam spes hominum sit levis, inde patet:  
Qui sibi præclaros promiserat ante triumphos,  
Principe LÜTTICHAUVS bella gerente suo;  
Quique insigne sibi speravit Nomen ab armis,  
Hunc, eheu! dira mors rapit atra lue.  
Nos tamen & Fati venerari Numen, & æquo,  
Quod mutare nefas, pectore ferre decet.

*Ultimi honoris ergò scr.*

Julius Reichelt, Mathemat.  
Prof. Ordin. & h. t. Collegii  
Philosoph. Decanus.

Si gene-

SI generosa cui stirps, si numerosus Avorum  
ordo, vel antiquæ gloria longa Domus:  
Si benè compositi robusti corporis artus,  
pulchraque si facies, si reliquumque decus:  
Si Mentis generosa decoræ dona, quibusve  
illa exornari nobilis usque solet:  
Si proni & Celsi gratissima Principis aura:  
Si quoque magnarum copia dives opum:  
Cætera si possent hominum, fera spicula mortis  
Vertere, vel longos conciliare dies:  
Tu, Luttichovi, cui præstò cuncta fuere,  
nondum vel nunquam demoriturus eras.  
Jam Tua dat cita mors, nil cuncta valere, probatum:  
sola etenim pietas id facit, atque fides.

*Ultimi honoris ergò f.*

Sebastianus Schmidt, D.

**P**ATRIS ad exemplum generoso percitus æstro,  
pulsurus hostes Patriæ!  
Hic LUTTICHIADES felicibus excidit ausis,  
morbum trahens pro vulnere!  
Omne rotat Fatum. Quid non speramus amantes?  
Florebit usque Patria!  
Occumbat quacunq; datur nece Vir bonus! eccum!  
Occumbit haut inglorius.

*Observantiæ ergò*

*l. m. g.*

apposuit

Gerardus von Stöffen / U. J. D.  
& Pand. Prof. Capituli Thomani  
Canonicus.

In Tumulum

**GENEROSI DOMINI DEFUNCTI**

*inter ipsos armorum conatus morbo abrepti.*

**H**ic juvenis Saxo jacet, hic generosa propago,  
Ultima Luttichiaë Gentis & arma jacent.  
Hic Martis Soboles Germanæque indolis instar:  
Hic recubat Celsi spesque Comesque Ducis.

B

Servi-

Servitio Imperij plures ignavia terret,  
Hujus at obsequio mors inimica fuit.

*Officium*

Friderici Schragii, J. U. D. &  
Prof. Inst. Impp. Publ.

---

*EPITAPHIUM.*

**I**LLUSTRIS sub eo requiescit cespite LUTTGAW,  
Gratus terrigenis, Cœlicolisque simul.  
His PIETAS, illis VIRTUS divina placebat,  
Et qui purus in hoc pectore CANDOR erat.  
Inde novo cœli nunc hospite gaudet JOVA,  
Quem cuncti lugent, totaque Posteritas.  
Ast Tu, qui transis, meditans hoc nobile morum  
Exemplar, mox dic, MOLLITER OSSA CUBENT.

*Ultimi honoris ergò à*

Joh. Albert. Sebiz. Doct. & P.P.

---

**Q**uos quondam fueras dignatus amare Penates,  
Annis sub vernis, Vir Generose, meos,  
Hosce salutasti, cum Te tantum Itala tellus  
Germana tandem reddere sustinuit.  
Nuncius ast iterum mihi certior advolat aures,  
Adventum dictans, Vir Generose, Tuum.  
Advolat, en igitur, que Te splendore coruscum,  
Terq; quaterq; colat, officiosa manus.  
Interea Te dura quies & frigida pausa  
Prorsus habent! frustra est officiosa manus!  
Fata vocant, quò parca jubet, Te denique Tantum,  
Sub leges totum mors rapit atra suas.  
Urit amicorum Magnatum pectora mœror,  
Et Gens Illustris redditur attonita!  
Sed quid? Decedens terris ad Sidera migras:  
Siccabunt memores pollice jam lachrymas.

Ita ILLUSTRIS quondam FAUTORI  
ultimum officium & honorem  
præstat

Marcus Mappus, D. & P.P.

LÜTTICHILIS

LÜTTICHIUS membrum prænobile, parsq; Lycei  
Ille fuit nostri consurgens. Esse diu se  
Victurum sperabat, monstrabatq; futuros  
Fructus: tempora venerunt, quæ percipiendis  
Fructibus apta videbantur. Sed concidit, eheu!  
SAXONIÆ decus, & flos, quem vis abstulit ignis  
Durius, hunc reparabit dextra potentis JESU.

*scrib. Observantia test. causâ*

Johannes Faust, SS. Th. D.  
Log. & Metaph. PP.

In Obitum

*Generosissimi Juvenis*

DN. INNOCENTII SIGFRIDII à LÜTTICHAU,

Qui modo *Saxonis* patriæ progressus ab oris  
acceptus nostris mœnibus hospes erat,  
Ille peregrinos inter jam fata suprema  
Solvit, & hac urna condidit ossa sua.  
Nec tamen idcirco vel mortuus esse putetur,  
Quod fama in terris nobiliore viget,  
Atque beatifica cum degat spiritus aula,  
vivere jam melius, quam semel ante, potest.  
Neve peregrina prorsus conclusus in urna,  
quando viris patrium fortibus omne solum.  
Seu mage nobiscum placeat dixisse: Caduca  
E patria æternam contigit in patriam.

*Johan. Joachim. Zentgraff /*  
*Moral. P.P. & Ecclesiast.*

Terras ubi reliquit INNOCENTIUS  
SIGFRIDUS, ac à patrio procul solo  
Terræ reconditur, flet extinctum decus  
Suum, Virumque lachrymis desiderat?  
*Illustris aula Principis Celsissimi.*  
Sidus suum requirit, ô mors, inquiens,  
Viris bonis crudelis, atrox invida,  
Itan' ante tempus floridam arborem secans,

Tot

Tot dotibus, tot spebus orbas omnium  
Suspenda vota? premite voces impias,  
Non periit ille, vivit, ac dotes suas  
Nunc tuto habet, subductus ævo pessimo.  
Sors nostra flenda, gratulandum mortuo.  
Hæc terra servat mentis hospitium piæ  
Corpusculum. quod ad Canoræ buccinæ  
Sonum, resignans optimâ reddet fide.

M. Elias Kolbius, ad  
D. Petri Junioris Pastor.

**F**lagrat adhuc bello Germania tota, nec urbs est,  
Cui non immineat cœlitus omne malum.  
Heu miseris nobis! quid tandem fiet? an ævum  
Sæviet in fontes ira tremenda DEI?  
Omnia pessum eunt, ferro ruit Alter & Alter,  
Inque suo multi sanguine ubique jacent.  
Mœnia plura cadunt, de pluribus urbibus actum est,  
Et quæ non cinis est, mox cinis esse potest.  
Ah! quando tandem nostris pax alma redibit  
Finibus? ah! quando desinet iste furor?  
O ter felicem qui tristi hoc tempore vitam  
Finit, & æternæ dona quietis habet.  
Ecquid enim sperare boni licet amplius? anne  
Delicias veras Mundus inanis habet?  
Non habet. ergo illic pia mens desideret esse,  
Pax ubi summa viget, fax ubi nulla nitet.  
Quod si defuncti nostri pia pectora credunt.  
Et dolor & luctus lenior omnis erit.  
Si verò objiciunt, & tristi mente queruntur,  
In patriâ conditi si modo possit humo.  
Perpendant animo, seq. hoc solamine firment,  
Ne titubent nimiâ mole, vel igne crucis:  
Omnis terra DEI est, & sacrum est omne sepulchrum,  
In quo per Christum membra redempta cubant.  
Et spes hæc nostra est, quod Princeps pacis & Author  
Nos tumulis nostris non periisse sinet.  
Sed vivâ quondam cum terra peribit & æther,  
Voce tubæ Angelicæ jusserit ire foras.

Et

Et cœlo insertos insigni laude coronans  
Omnis tristitia dememinisse dabit.  
Sed satis est! ergò lachrymas abstergite vestras.  
Et quem lugetis, credite adesse DEO.  
Militia vestra si tandem finis & hora  
Adfuerit Domini sicce volente manu.  
Deposito luctu, lachrymisq; è lumine tersis  
Dicetis, fecit quod Deus, omne bonum est.  
Interea, Vir Magne vale, vale stella corusca  
Aula Saxonica præcipuumq; decus.  
Tu jam vicisti! Tu letho liber, Jovæ  
Aspectu fruere liberiore tui.  
Ossa tua in tuto, tua mens generosa quiescit,  
Inq; Abrahæ gremio gaudia mille tenet.  
Ergò quis invideat Te sic vicisse? sequemur  
Quando DEI placitum jussit ire suos.

Condolentiæ symbolum erectum

Daniele Rauchio, Argent. Ecclesia  
ad D. Wilhelm. Pastor. &c.

---

Um patriam linquit Lüttigius, invenit hanc in  
Cœlis, unde fuit spiritus, inde redux;  
In terris istam, quæ corpus contulit olim,  
Nunc recipit gremio mater amica suo.

Ultimo Generosissimi Lüttigij honori  
d. d. d.

M. Johannes Stiglerus ad  
D. Nicolai Diaconus.

---

Principis è Magni discedere gestiit aulâ,  
Aulâ cœlesti gestiit atque frui,  
Qui claros certabat avos modo vincere laudum  
Elogiis, bello digna trophæa petens  
Lüttigavus! heu quàm mallet pro funere pompam  
Nostra triumphalem cura parare Tibi.  
Quàm nostra Argyrope, post belli pulchra peracti  
Munera, Te mallet posse fovere sinu,

C

Resque

Resque Tibi gestas, vulgo mirante, referre,  
 Inque Tuis quondam scribere imaginibus.  
 Et quàm culta aliquot Tibi nostra Lycæa per annos  
 Mallent deposci ad lætius officium,  
 Et quondam se cive suo jactare, quod artes  
 Has Tibi tradiderit, queis Tua vita nitet:  
 Quas Dux ille potens, quas Patria terra probavit,  
 Magna per has spondens Ille vel Illa sibi.  
 Te verò non terra capit, non Aula deinceps,  
 Militia in pacem sic Tibi versâ placet.  
 Lætas ergò vices, pro castris astra secuto  
 Gratentur civi nostra Lycæa suo.

*Mæstum Officium*

M. Joh. Christophori Artopœi.

### Helden-mäßige Todten-Begräbnuß.

**W**ann das grobe Stück, Geschütz und das Brummen der Carthaunen  
 In der hohen Luft erschallt / daß die Leuth darob erstauen /  
 Und die Krieger in dem Feld zu beherztem Würge, grimm  
 Selbst einander muntern auff mit ermannter Helden-stimm  
 Dann so wird uns Augen-klar / wie geschwind es ist geschehen  
 Umb das schwache Menschen-volk / wann bey'm Knall der Fall zu sehen  
 Wann der Reutter mit dem Pferd / als er kaum den Muth gefaßt /  
 Auff der roht-gefärbten Erd augenblicklich ligt erblaßt /  
 Oder wann er spohren-streichs seinem Vnfall sprengt entgegen /  
 Und sein noch erhitztes Haupt in den schwarzen Staub muß legen.  
 Oder eh' Er sichs versih't / und sein Geist in Ihm ergrimmt /  
 Ihn mit halb-gequärschtem Leib eine Kugel mit sich nimmt /  
 Dadann / wie der Welt bekant / auff der Wahlstatt nichts zu finden /  
 Als zerfleschte Glieder-stück / die kein Arzt mehr kan verbinden /  
 Da der Mund nur nach der Luft oder nach dem Wasser schnapp't /  
 Und das angesprengte Pferd nur auff zweyen Füßen trapp't:  
 Also daß wer solches sieh't / nimmer keinen Lust solt haben  
 An des Martis Waffen-Freud / noch an seiner Beuthe Gaben /  
 Keiner solte seinen Sinn richten nach der Krieges-zelt /  
 Oder sich vor seinem Feind stellen in das freye Feld.  
 Aber dannoch muß der Muth keinem nicht benommen werden /  
 Dann es hat der Helden-Geist auch noch seinen Ruhm auff Erden.  
 Fenge Leuthe schewen sich / und erzittern vor dem Feind /  
 Da die Helden in dem Feld ihrer Feinde Schrecken seind.  
 Ist's nicht besser / sag mir doch? männlich in den Waffen sterben?  
 Oder auff dem Siechen-beth allgemählich zu verderben?

Muß

Muß es doch gestorben seyn/ en so ligt ja nichts daran  
 Wo du stirb' st/ weil dich der Tod aller orthen finden kan.  
 Würde gleich der gantze Leib in viel tausend Stück zuschlagen/  
 Kanstu dich doch gleicher weiß auch nicht selbs zu grabe tragen/  
 Ist er gleich von dem Geschosß ganz erbärmlich zugericht/  
 Wird es dir an Ach und Weh gleicher massen manglen nicht/  
 Wirstu gleich mit grossen Pracht in den schönen Sarcf verstecket/  
 Ligt doch dieser Körper wohl/ weil der Himmel ihn bedecket/  
 Er bedarff kein Felsen/ Grab/ noch gesprengten Marmorstein/  
 Weil die Thaten seiner Faust seine Grabschrift selbstien seyn.  
 Doch geschichts nicht immerdar/ pflegt man dann nicht zu begraben/  
 Alle die sich umb die Welt eusserst wohl verdienet haben?  
 Die sich vor das Vatterland gleich wie Helden in das Feld  
 Mit belobter Dapfferkeit ihrem Feind zu Troß gestellt.  
 War nicht der gequätschte Leib Simsons in das Grab gesetzt/  
 Als er das Philister Volck in dem Todt noch hat verletzet.  
 Ward nicht Saul und seine Söhn/ die doch waren auffgehencft/  
 Endlich in das Grab gebracht/ und zu Zabes eingesenct.  
 War gleich Hector umb die Statt drey mal hin und her gerissen/  
 Hat der Edle Priamus sich doch seiner sehr beflissen/  
 Wann er seinen Leib erkauft/ und dem dapffern Krieges- mann/  
 Wie ers freynlich würdig war/ alle Ehr hat angethan.  
 Hat nicht Alexander selbst auch Darium mit viel Klagen  
 Nach der alten Perser Brauch/ in das Grabe lassen tragen.  
 Hat man nicht noch immerdar solche Leichen in der Welt  
 Miterlaubter Todten- Pracht für die Helden angestellt?  
 Und ligt freynlich nichts daran/ ob man vor dem Feind geblieben/  
 Wann man nur mit klugem Raht seine Waffen hindertrieben/  
 Der verdienet gleicher weiß eine schöne Grabes- statt/  
 Welcher mit getrostem Muth sich dem Feind gestellet hat.  
 Unser Edler Littigaw kan uns dieses alles lehren/  
 Dem wir heute bey dem Grab seines Nahmens Lob vermehren/  
 Hat nicht dieser seinen Muth/ als ein praver Krieges- mann/  
 Für das liebe Vatterland allen Menschen kund gethan?  
 Ist Er nicht auch seinem Feind als ein Held entgegen gangen?  
 Hat Er nicht auch selbs gesucht wie Er möchte Lob erlangen?  
 Hat Er sich jemahl geförcht? oder war Er je verzagt?  
 Wann Er sich vor seinen Feind in das freye Feld gewagt?  
 Schad isis/ daß der frühe Tod Ihm das Leben abgefürhet/  
 Und Ihn in der besten Zeit in das Grab hinab gestürket/  
 Dann Er würde manches mahl seinem Feind noch in dem Feld  
 Wohl bewehrt erschienen seyn als ein kluger Krieges- Held.  
 Schad isis/ daß der wackre Herz nicht vor seinem Feind gestorben/  
 Dann es wär ein mancher noch auch durch seinen Tod verdorben.

Mancher

Mancher ligt schon im Staub/wann er dessen Dapfferkeit  
Nur einmahl gespühret hätt' und erfahren in dem Streit/  
D'rumb so geht er in das Grab/nicht von seinem Feind erwürget/  
Sondern als ein kluger Held/der ein wenig sich verbirget.  
Wir versiglen dieses Grab mit der schönen Ehren-Cron/  
Welche hier in diesem Kampff nur der Sieger trägt davon.

Johann: Sigismund: Brent/  
p. t. Pastor in Hürtig- und  
Handschuchheim.

E N D E



